

LECTORI PHILOCHIMO.

Multa, & ea quidem praclara, benevole Lector, habes, hac
 breuis, quam tibi offero, epistola, quid scilicet, quale, quā-
 tum & quomodo valetudo restitui, tueri, foueriq; possit;
 qua inuidi eorum scriptis, variis in locis, ad artem velandam
 sparserunt, quaq; Theophrastus ille germanus, in suo thesau-
 ro Philosophorum verbis & methodo vtcunq; mutatis aptissime
 coniunxit, Astrorum scilicet caelestium verum balsamum, quod
 nullum corpus in putrefactionem abire sinit, & Theophrastus
 ait, lepramq; nullam, podagram, hydropisim, aut reliquos mor-
 bos, inexpulsos relinquit, administratione grani vnius, & si fer-
 mentabitur cum sulphure solis, hocq; astro Veneris vti volueris,
 totum Veneris corpus in solem vertere poteris. Hoc autem ut
 facilius asequi possis, addam, quod te iuuet (liber enim, librum
 aperit & sermo sermonem) addam inquam in omnium fæde-
 ratarum prouinciarum philosophorum gratiam scriptulum mi-
 hi carissimum, reuelationem mysterij continentem, ea tamē le-
 ge & ordine (prout cum Gallis philosophis iam pridem egi, quos
 ad Dei gloriam, Christi Ecclesia fomentum, & Christianissimi
 Regis HENRICI magni obsequium, ad egi) ut si quem Vestrum
 Deus pro sua elementia tanto munere dignetur, is totum opus
 suum, lapidem dico philosophorum ad summum deductum sere-
 nissimo Principi MAVRITIO Nassovio harum prouinciarum
 gubernatori, & Amplissimis fæderatarum prouinciarum Bel-
 gij ordinibus, qua decet prudentia & secundum Deum obser-
 uantia, sancte, cauteq; & libere tribuat, det, donet, facret.
 Hoc quisquis fecerit (faciet autem quod bonum virum decet,
 & Samaritanū sequutus, vulneratū a latronibus, ad hospitium
 deducet &c.) inter Dei & patria amicos summos censebitur, Deū
 & populares omnes ad vnum sibi fauentes experietur. Hæc erit
 illa Christiana Eleemosyna, cui similis nulla ab orbe condito ero-
 gata fuit, qua tot Miriades animarū fruuntur, & in his fædera-
 tis prouinciis lata gaudebunt. Deo summo & auctori gratias a-
 gentes ppetuas; q̄ miror Theobaldū de Hoghelande Mittelburgē-
 sem doctissimū philosophū, & in Chemicis versatissimū virū, suis
 popularib. in suo de difficultatib. Alchemia libro inuidere; cum
 post adeptum tantum Dei donum nemini euulgare, nisi insidiis
 vndiq; peti, & mille piculis exponi, aut in ppetuo metu & terrore
 versari velit, quis (ut ait) audeat. At facessant ab animis piorū
 metus isti praposteri, eroget ille, aut quisquis sit, hanc augustam

PPP 2

Eleeme-